



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 120. Rex induciarum otio abusus, voluptati deditus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

tandem Bajonnæ die tertia Aprilis pa- Sæcul. XV.  
 ctionis capita erekta sunt, quæ aliquo A. C. 1445.  
 post tempore Caini ab ipso Rege ratifica-  
 bita fuere; Ludovicus Amadæi Filius  
 prætensum jus suum Ludovico Delphi-  
 no penitus cessit, qui vicissim Facinia-  
 censis ditionis dominium directum ac  
 plenam jurisdictionem in eundem transtu-  
 lit. Huic tamen tractatui Delphinus non  
 nisi post biennium Genevam profectus  
 accessit.

### §. CXX.

*Rex induciarum otio abusus,  
 voluptatibus deditus.*

Rex Franciæ ab itinere suscepto do- Monstrelet.  
 mum redux, cum induciarum secu- Vol. 3.  
 ritatem in rem suam verteret, hortorum  
 suorum amœnitate fruebatur, & volu-  
 ptatibus, otio, variisque delectationibus  
 liberalius indulgebat, adeo, ut quando-  
 que necessariis rerum, regnique curis de-  
 esset. Ex adverso Rex Angliæ Princeps  
 erat animo moderatus, cupiditates suas  
 refrænandi studiosus, pius, Dei timore  
 plenus, ac liberali indole præditus, licet  
 hebetioris esset ingenii, nimiumque a  
 Conjugis suæ arbitrio dependeret.